

1278, març, 10

*Mascarosa, filla de Bernat Ferrer de Pradell, de Madremanya, i el seu marit Ferrer de Pradell, venen a Bernat Dalmau de Millàs una feixa situada a Millàs, indret de Clota, pel preu de 28 sous;*

ASD núm. 242, perg. orig., 195 x 260 mm.

Notum sit omnibus quod nos Mascarosa, filia Bernardi Ferrarii de Pradella condam de parrochia Sancti Stephani de Matremagna et Ferrarius de Pradella maritus eius, simul per nos et omnes nostros heredes et successores presentes et uenturos, gratis et ex certa sciencia uendimus et cum hoc presenti publico instrumento liberando tradimus tibi Bernarda Dalmatio de Miliariis eiusdem parrochie et uxori tue Ermessendi et uestris et cui uel quibus uolueritis perpetuo totam illa feixiam terre nostram quam habemus et tenemus in eadem parrochia apud Miliars in loco uocato Clota, que affrontat ab oriente in fexia Bernardi Sag curie Gerunde, a meridie et ab accidente in uestro honore, a circio in honore mansi de Torrubia, ita uidelicet quod habeatis, teneatis et possideatis totam predictam fexiam terre uos et uestri perpetuo et quicumque uolueritis, cum exitibus et ingressibus, tenedonibus et pertinentiis suis tam principaliter quam accessorie et cum omnibus aliis in se habentibus sibi que qualicumque modo pertinentibus uel pertinere debentibus, prout melius, plenius ac lacius potest <lici et intelligi ad uestrum comodum et utilitatem et ad omnes uestras et uestrorum uoluntates in uita et morte perpetuo faciendas, saluo tamen iure et dominio domine Geralde de Ripparia et domine Guilielme matris eiusdem et hospitalis noui Gerunde et eorum successorum in terciis, laudismiis et aliis foriscapiis et firmamentis tantum, et dabitis uos et uestri nobis et successoribus nostris perpetuo anrl'uatim duos denarios barchinonenses monete curribilis in festo Orhniun Sanctorum ad adiutorium census quod nos prestamus racione mansi nostri de Pradella, sine omni alio aliquo retentu que ibi et inde aliter non facimus nec reseruamus. Pro qua uendicione confitemur et recognoscimus nos a uobis habuisse et in solidum numerando recepisse uiginti et octo solidos barchinonenses de temo, super quibus excepcioni non numerate peccunie renunciamus siue non recepti predi. Et si hec presens uendicio amplius ualet nunc uel de cetero ualebit precio antedicto, illud plus totum uobis et uestris donamus et remittimus donacione facta inter uiuos, renunciantes expresse auxilio et beneficio illius legis rem maioris qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur et omni excepcioni doli et .. metus et accioni in facturo et restitutioni in integrum et omni alii iuri ibi nobis competenti uel modo aliquo competituro. Et cum hoc presenti publico instrumento uobis et uestris perpetuo ualituro in. corporalem et uacuam possessionem uel quasi tocius predictae uendicionis iuris et facti uos inducimus .in presenti sine omni alio aliquo retentu quod ibi aliter non facimus. Imo promittimus uobis et uestris in nostra bona fide et per firmam stipulacionem quod totam predictam uendicionem faciamus uobis et uestris et cui uolueritis tenere et habere et possidere semper in pace et esse defensores et garentes contra cunctas uiuentes personas, in iure et extra ius, et eciam quod teneamini inde uobis et uestris de euictione et omni interesse, obligantes uobis et uestris ad hec omnia predicta uniuersa. et singula attendenda et complenda nos et omnes nostros heredes et successores et omnia bona nostra habita et

habenda ubique et semper, quilibet nostrum in solidum et pro toto, renunciantes beneficio diuidende accionis et noue constitutionis. Insuper ego dicta Mascarosa, certificata de iure meo renuncio super hoc beneficio Uelleyani senatusconsulti et omni alii iuri muliebri. Et ad maiorem firmitatem omnium predictorum habendam ambo iuramus per Deum et eius sancta .nu.or Euangelia corporaliter tacta totam predictam uendicionem u obis et uestris sem per facere habere et tenere et non in aliquo contrauenire iure aliquo uel racione. Et si aliquo iure scripto uel non scripto huic uendicioni obuiam ire possemus, illi iuri penitus renunciamus. Et ego Arnaldus filius eorum lauda et concedo omnia predicta, iurando per Deum et eius sancta .nu.or Euangelia corporalite:r; tacta quod contra non ueniam iure aliquo siue racione.

Actum est hoc .VI. idus marcii anno Domini .MCCLXX. septimo.

Sig+num predicte Mascarose, sig+num dicti Ferrarii, eius mariti, sig+num dicti Arnaldi eorum filii, qui hòc iurantes laudamus et firmamus. Petrus Guilielmi et Petrus Borrelli et Berengarius de Torrente et Petrus Sicards, omnes de parrochia predicta, huius rei sunt testes.

Sig(s. man. )num Bernardi de Matha, capellani Sancti Iacobi de Monellis, scriptoris iurati de Matremagna, qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 500-501